ABBATIS PANORMITANI IN TERTIAM SECVNDI DECR. LIBRI PARTEM

Commentaria pene Diuina, quam plurium Iuriſconſultorum adnotationibus illuſtrata.

Et hac omnium poſtrema Editione ab innumeris propè mendis, quibus vndique ſcatebant, ſic purgata, vt ſi cum alijs editionibus conferas noſtram proculdubio diligentiam probabis.

De Exceptionibus. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptionis diffinitio.*
Exceptio actionis quæ ſit.
Exceptio intentionis quæ ſit.

VIſo de iure acto-
rum, quo muniuntur, vt lan-
ceis ſeu gladiis, merito ſubiici
tur ius reorum, quo muniun-
tur, vt clypeis, & loricis, vel ali
ter, & ſic. Supra viſum eſt de
probationibus in genere, & in
ſpecie, ſed quia vt plurimum
fundata intentione actoris re9
opponit peremptoria contra probationem actoris, con-
gruo igitur ordine ſubiicitur tractatus de exceptionibus.
Oppo. contra ſituationem rubricę. Videtur enim male ſi-
tuata. debuit poni ante rub. de litis conteſt. cum tunc oppo
nantur dilatoriæ fori. Sol. dic, ꝙ reſpectu dilatoriarum con
gruentius fuiſſet ibi poſita rubrica, ſed potius reſpectu per
emptoriarum neceſſario debuit poni hic. Et ſi diceres, qua
re non poſuit ibi, ſicut hic? dicit Ioan. And. hoc eſſe de ar-
bitrariis. vel voluit hic ponere, quia peremptoriæ magis
afficiunt negocium principale, ideo fuit æquius illas in or-
dine ponderare, argum. in l. quæritur, ff. de ſtat. hom. & 4.
quęſtione tertia, c. hermaphroditus. Et ſi diceres, ꝙ aliquæ
peremptorię proponuntur ante lit. conteſt. ut inf. de li. con
teſt. c. vno, lib. 6. reſpondet ipſe, quod hoc caſuale non fuit
præponderandum regulæ. Vel dic quod iura adaptantur
ad ea, quæ frequentius accidunt, ut l. nam ad ea, ff. de legi-
1 bus. † Quæro, quid eſt exceptio? Solu. dico, quod eſt actio-
nis vel intentionis excluſio. ſic alternatiue dico, quia ali-
quando excludit actionem, aliquando intentionem tan-
a tum. [a] exemplum primi, cum in veritate actori competit a-
ctio, & eam per exceptionem excludi oportet. nam ſi me-
tu coactus, vel dolo inductus tibi ſtipulanti promitto, de
iure ciuili obligatus tibi ſum, vnde ex ſtipulatu recte qui-
dem agitur, ſed inique, ideo per exceptionem, quod met.
cauſa. vel doli mali excludendus eſt actor, & idem in ſimi-
libus. Exemplum ſecundi, quando actio in veritate non cō
petit actori, ſed de facto agit. vt ſi petas a me decem, & ego
excipio, & dico me ſoluiſſe, nulla competit tibi actio: quia
ſolutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio, in-
ſtitu. quibus mod. tol. obl. in princip. Et quod exceptio ex-
cludat quandoque non actionem, ſed intentionem uel a-
ctorem, probatur. ff. eodem l. 2. & de his per Goffr. in ſum.
huius tit. & de multiplici exce. vide quod no. infra eodem
cap. exceptionem, & uide etiam per Innocen. in capi. cum
dilecti, & capitul. dudum. 2. de elec. ubi appellat exceptio-
nem intentionis, quando excipitur contra eum, qui nō pe-
tit, eſt tamen in facultate petendi, & habet intentionem,
vel habere debet petendi, ut quando excipit contra electū
ante, quam petat confirmationem, vel conſecrationem.
nam & exceptio poteſt deduci quandoque in iudicio, licet
non deducatur actio, ut leg. & not. in l. ſi contendat, ff. de
fideiuſ. & in l. Aurelius. §. ſi centum, ff. de liber. leg. vide q̃d
dixi in cap. ſi quis contra clericum. de foro competen. Ad-
de unum notabile dictum Specul. dicentis, quod quando
peremptoria proponitur ante lit. conteſtat. eſt intentionis
excluſio. ſi uero proponitur poſt, tūc eſt actionis excluſio,
ita inſtitu. eo, §. primo, ver. & no. & in titu. de lit. conteſtat.
§. primo, uerſic. ſed nunquid per exceptionem, & hęc om-
nia procedunt in exceptione peremptoria. de reliquis ui-
debitis. infra eodem, c. paſtor. & c. exceptionem. vnde au-
tem habuit ortum exceptio? Dic quod in Paradiſo, Adam
excipiente, q̃d deceptus ab Eua peccauerat, ut ponit Spe.
in proœ. §. ſane. Ego credo, quod proceſſit ab ipſa natura,
exce-

ADDITIO.

a ¶Aliquando intentionem tantum. Tu vide bon. gloſſ. in l. 2. in verſicul. intentionem, ff. eod. & illa dicitur improprie exceptio, quoniam proprie exceptio eſt actionis, excluſio, denominaturque ab ea, & appellatur exceptio actionis. altera vero, ſcilicet quando actor ſine actione agit, ita quod ei nulla actio competit, quicquid opponit reus dicitur exceptio intentionis, & facti, vt præal. glo. & not. Lanfran. de Oria. in ca. quoniam contra, §. exceptiones, in princ. ſ. de probat. & his paucis abſolutum eſt quod in ru. iſta dicitur. Zach.
¶De doctoribus de Padua. Ant. Franc.